



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Victoria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

VICTORIA. CAP. XII.

AN vero eadē de causa victoriæ hieroglyphicum per oleam indicari nonnulli prodiderint, quod ex ea veteres trophæa conſtituere conſueverint, an quia victorib. ex oleaſtro corona plurimum patet, in ambiguo eſt: dubio procul enim Olympionicæ oleaſtro coronabantur, ut Ariſtoteles, oleæ ſpecie, quæ quidem ea de causa appellatur: folia enim coronis huiusmodi dedicata, contrario quodam modo habent cum reliquis foliis; alia ſiquidem quod albicat interius claudunt, virore forniſecus patefacto: hæc vero intra ſe quod viride eſt inſinuant, quod candidū habent foras ſpectandū exponunt. Adjunt vero Herculem Pæoneum, Epimedeſem, Jaſiumq; & Idam fratres, ex Ida Cretenſi in Elidem delatos, ibiq; Herculeſem, qui natu maximus erat, reliquis certamen fratrib. propoſuiſſe, victoreſq; oleaſtro coronari, quam plantam ipſe ex Hyperboreis regionibus in Græciam detulſiſſet: cujus rei meminit Paufanias, Olympia. Et apud Pindarum legas cum ex oleaſtro lucum ſeviſſe, quem victoribus dedicari. Nam & Ariſtander & Alexandri Magni vates oleum victoriæ, ſed laborioſæ ſignum eſſe interpretatus eſt. Cum n. Rex ad Oxum flumen applicuiſſet in Sogdianos mo-

Bvens, caſtris poſitis non procul ab ejus tabernaculo gemini fontes repente exorti, alter aqua, alter oleo fluxere. Conſultis vatibus, Ariſtander reſpondit, olei fontem, laborem quidem, ſed & victoriam promittere: unguntur enim athletæ, & olea victores coronantur. Unde in antiquorum memoriis nonnunquam legas legatum oleum, ut Reate, T. Fundilius Gemilius v. Auguſtalis H. S. xx. dedit, ut redditi ejus ſummæ, die natali ſuo III. Kal. Febr. præſentes veſcerentur, & ob dedicationem ſtatuarum decurionibus & ſeviris, & juvenibus ſportulas, & populo epulum, & oleum eadem die dedit: oleum nimirum ad gymnica certamina quæ funeralibus celebrari conſueverunt. Neq; vero prætereundum P. nathenaicis, quæ in Palladis gratiam celebrantur, olei vas plenum victoribus dari ſolitum, quod olium in venerit Minerva quamvis non deſint, qui oleam inventam à Mercurio tradant, non à Pallade. Sed enim cur oleæ ramus in Mercurii manu poneretur, ſuperius expoſuimus. Sane quidem non ignoramus miſtros triumphantium oleagineis coronis uti ſolitos in honorem Minervæ, quæ belli dea putabatur, & hinc illi Bellonæ nomen. Unde illud apud Maronem, *Præſes Tritonia*

Eneid. l. 11
Xerxes ſomnium.

*C*æſar. Xerxes tamen ſefellit inſomnium, quo ſibi viſus eſt coronam oleagineam geſtare, ex arbore, cujus ramis terra tota occuparetur, quod eum maxime impulit, ut tanto belli apparatu in Græciam traſſeret, ubi poſtmodum magna victus clade, turpiſſimam fugam arripuit.

PINGUEDO. CAP. XIII.

Sæcra noſtrorum literæ ubertatem interdum per hieroglyphicum oleæ acceperunt: nam eam pinguedinis & ſæcioris cujuſdam ubertatis ſignum eſſe ex eo perſpicias, quod libro Judicum cum à ſterilibus arboribus olea ad imperium accerſeretur, reſpondit ea, nolle ſe pinguedinem ſuam dereſequere, quæ uſui & Diis & hominibus haberetur. Apud Horatium, *leſta de pinguiſſimis olivæ ramis arborum, habetur.*

Judic. c. 9.
Horat. l. 3. Carm. Ode 11.

HILARITAS. CAP. XIV.

ET pro hilaritate oleum poni in iſdem Divinis literis invenias, ut Pfalm. xcii. *Senectus mea in oleo pingui, ubi interpretes per oleum hilaritatem exponunt, citantq; ex alio Pfalm. nempe 104. locum, ut exhibet et faciem in oleo.* In iſdem Divinis literis invenitur cibus panis non fermentati, collyridonque oleo conſperſarum, & obunctorum oleo laganorum: per quæ, ut Hieroſolymitanus Heſychius interpretatur. Apoſtolorum doctrina, legis eloquium & myſtica Prophetarum verba intelliguntur. Obunctorum Propheta, quia res non ita liquida, neque tam opulenter explere. Conſperſe collyrides quæ paſſim doctrina Chriſti, legis utitur testimoniis: de Chriſto enim Moyses locutus eſt. Panes vero nulli non adjiciuntur obſonio, pleniffimeque hominem paſcunt, magiſque omnino nutriunt, veluti Apoſtolorum traditiones, quæ eadent & Chriſti documenta ſunt, in omni vita tenore coloreq; uſui veniunt, & opulentiffime ſufficiunt.

Myſticus olei ſenſus.
Hinc genua vivunt apud Horat. pra

SPEES. CAP. XV.

Sæcra ſpei ſimulacrum olea propter continuam viriditatem; nam noſtro etiam tempore Virorem multi pro Spe ponunt. Hinc ſimiles nos eſſe oleæ Baſilius expret, quo gravidi refertique fructibus,

bus,